Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Christus redemit nos proprio sanguine quinque de causis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

tur ſi quemlibet inimicum aliquid uel feciſſe, uel paſſum eſſe conſpexerit. Vnde Auguſtinus. Domine beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te; gaudet de aliena felicitate, & triſtatur de aliena aduerſitate.

Auguſ.

Chriſtus redemit nos proprio ſanguine, quinque de cauſis.

PRima eſt, ut nobis ſuam charitatem oſtenderet. Nullum maius dilectionis ſignum poterat oſtendere nobis, quàm moriendo pro nobis. Vnde Io. dicebat. Maiorem charitatem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Et D. Ber. Domine tu maiorem habuiſti ponendo eam pro inimicis. Ioannes item dicit. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit. Bernardus item ait. Clauus penetrans, clauis reſerans factus es mihi, ut uideam uoluntatem domini, & uiſitem templum eius. Quid enim clamat clauus, clamat uulnus, patet arcanum cordis per foramen uulneris. Pater meus etiam Auguſtinus inquit. Caput

Ioan. 15
Bern.
1. Ioã. 3.
Bern.
Auguſ.

meum ſpinis oppoſui, manus meas clauis obieci, lancea latus meum aperuit, ſanguinem meum fudi; animam meam poſui, tantis ut non dicam iniuriis ſed aſperitatibus laceratus ſum ut te mihi coniungerem, & tu diuideris à me. Secunda eſt, ut nos ad ſuum amorem magis accenderet. Vnde Paulus ait. Charitas Chriſti urget nos. 2.Cor.5
Et D. Bernardus dicit. Super omnia reddit te amabilem mihi bone Ieſu calix, quem bibiſti, opus redemptionis noſtræ. Bern.
Sanctus quoque Pater Auguſtinus ait. Cum Chriſtus per alia beneficia ad amorem ſuum nos incitauerit, per mortis beneficia nos coegit. Tertia eſt, ut uiſo tanto peccato, nos à peccatis reuocaret. Erubeſcant itaque miſeri, qui pro nihilo tradũt animas ſuas diabolo, quę tanto pręcio redemptę ſunt, ſicut dicebat Paulus: Empti eſtis præcio magno. Auguſ.
Et Pater Auguſtinus dicit. Appende te ex hoc præcio ne tibi uileſcas. Rom 5. Auguſ.
Item. O anima præcioſa attende quantum ualeas, qui pro te tantum dederat, cogita, & nolite ipſam trahere in perditionem, quia Chriſtus pro te effudit ſanguinem, ſatis te caram habuit, qui tam caro præcio redemit. Bene duræ mentis ſunt, qui uidentes tantam charitatem, &

tantam gratiam non emoliuntur ad
Bern. pænitentiam. Vnde dicebat Bernar-
dus. O, duri, & indurati, & obdura-
ti filij Adam, quos non emollit tanta
benignitas, tanta flamma, tam in-
gens ardor amoris, tam uehemens a-
mator; qui uilibus ſarcinulis, tam
præcioſas merces expendit. Item &
Grego. Gregorius dicit. Cum ſaxa in paſſio-
ne domini ſciſſa ſunt, duriora ſaxis
illa corda eſſe uidentur, quæ audita
paſſione domini non ſcindũtur. Quar
ta eſt, ut uiſa eius paſſione, nulla nos
pœna, uel tribulatio formidaret. Vn
Bern. de ait D. Bernardus. Videntes angu-
ſtias domini, ueſtras leuius porta-
Auguſ. bitis. Et P. Auguſtinus. Quid dicam,
uel quid loquar de cruce? Chriſtus
uerò extremum genus mortis elegit,
ut nullum genus martyrij, martyres
formidarent. Bernard. uult benignus
Bern. Deus deuoti militis mentem & ocu-
los in ſua ſuſtolli uulnera, & ipſe ſuas
iniurias non ſentit, ſi illius uulnera
intuebitur. Propterea dicebat. D.
Greg. Gregorius. Nihil adeo duri, quod
non æquo animo toleretur, ſi paſſio
domini ad memoriam reuocetur.
Quinta eſt, ut nobis ſine pœna, &
flagello in regnum æternum non poſ
ſe intrare, monſtraret. Ideo dicebat
1. Pet. 4 Petrus Apoſtolus. Chriſto in carne

paſſo, & uos eadem cogitatione armamini, &c. Et Gregorius ait. Si ipſe hinc ſine flagello non exiit, qui uenit ſine peccato, quomodo flagellis digni non erunt, qui huc cum peccato uenerunt? Idem. Quid itaque homo pro ſe pati debet, ſi Deus pro hominibus tanta pertulit? *Grego.* *Grego.*

Chriſtus redemit nos à tribus.

A Peccato. Ideo dicebat Paulus ad Titũ. Qui dedit ſemet ipſũ pro nobis ut redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum, &c. A diabolo. Vnde dicebat Oſea. De manu mortis liberauit nos. Ab inferno. Idem propheta inquit. Ero mors tua ò mors, ero morſus tuus inferne. *Tit. 2.* *Oſe. 13.* *Ibidem*

Chriſtum debemus ſequi in quinque.

PRimo, in humilitate. Propterea Chriſtus dicebat. Diſcite, a me, quia mitis ſum & humilis corde. Et D. Ber. Diſce quęſo ulte- *Mat. 11* *Bern.*